



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

29. Exemptio an perdat, si ex post facto fiat damnosa & alteri
præjudicialis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

vero loci. Priore durat extra locum, posteriore minime Petrus Antiholi tract. de mu-
neribus. par. 3. principali num. 44. In dubio autem (inquit ibi Antiholi) credo durares
si ex iusta causa mutetur locus arg. l. cum unus §. fin. cum l. seq. ff. de bon. autor. iud. pos-
s. l. alumna, §. ab heredibus ff. de adim. leg. l. filia §. titia ff. de condit. & demonstr.

QVAESTIO XXIX

Exemptio an perdat si ex pacto fiat damnosa & alteri
præiudicialis.

Uti que sunt enim hac de re similes textus cap. suggestam de decimis, cap. si quid
per, de verb. sig. idque, quia superveniente nova causa, ex novitate rerum, &
temporis, novanda quoque sunt, atque immutanda privilegia ca. videntes 12. quest.
1. cap. non debet de consang. & affinit. tex. l. si hominem ff. mandati. Cuius ratio est, quia
privilegium rescindi debet, ne tertius ex illo lædatur l. quoties, de precib. imper. Re-
buff ad const. reg. tit. de rescript. num. 165. Fel. cap. 2. de rescript. quod adeo verum est,
ut quam cito concessio vergit ad iniquitatem, tam cito contrahat Abb. d. cap. sugge-
stum, ubi add. & in cap. per navale de verb. sig. DD. l. ex facto ff. de vulgari & pupillari.
Quo respexisse videtur Concil. Trid. cum exemptiones multis in articulis revoca-
vit, restituitque ordinatio in exemptos delegatam, seu Apostolicam auctoritatem, v.
Abb. & DD. cap. pervenit de consang. & affinit. Ideo (inquit) quod perturbationem
adferant in ordine & regimine Ecclesie, Conc. Trid. sess. 14. cap. 11. de resor. Ita tamen
hæc omnia, si revocatio, aut sententia intercedat vide infra quest. 31. in negotio pa-
tente moram alioquin secus, secundum tradita alio in loco lib. 1. qu. 52. n. fin. & li. 4.
qu. 1. n. 4. Denique privilegium etiam Ecclesie indultum non includit calum pu-
blica utilitati repugnantem. Præses in locis legal. loco à persona ad locum. Quia publi-
ca utilitas est cuiuslibet privilegio etiam Ecclesie præferenda. Præses ibid. l. iubemus
nullam navem C. de sacros. Eccles. Felinus cap. causam qua & cap. nonnulli numer. 16. de
rescript.

QVAESTIO XXX.

Si Papa iudicet, contra exemptionem, an censetur eam revocasse.
SUMMARIUM.

1. Pontifex ex certa scientia iudicans contra exemptionem, an censetur eam revocare.
Quæstio